puericia: iudicantes magis Reipub. intereſſe, quomodo in uirili ætate regerentur, quàm in prima puericia, & longe plus ualere rectam educationem atq; institutionem, quàm bonas leges, quia leges delicta admiſſa puniant, uerum bona institutio prohibet, ne quid pœna dignum committatur.

Haganoæ, ex officina Seceriana. Anno ſalutis M. D. XXXIII. die 19. Menſis Martij.



GERMANIAE EX VARIIS SCRIPTORIBUS PERBREUIS EXPLICATIO.

Authore Bilibaldo Pirckeymero Consiliario Cæsareo.

Norembergæ apud Io. Petreium, Anno M. D. XXX.

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMI-*no* Herimãno Neuenario *Comiti ac Præposito* Co*loniensi &c.* Bilibaldus *Pirckeymerus* S. D.

IN *tibi comes illustris* Germaniam *nostram σκεπτικὴν, in qua nil certius affirmo, quàm quòd nihil ferè affirmo, attamen ansam fortaßis tam tibi, quàm eruditis reliquis præbuero, ut exactius, quam nos fecimus,* Germaniam *nostram illustrent. Quid enim absurdius, quàm* Germanos *orbem describere uniuersum, patriam tamen interim propriam nequaquam ex obliuionis uindicare barathro?* Proinde *q̀* Germaniam *ultra* Vistulam *&* ad Tanaidem *usq; extenderim, ex scriptorum priscorum authoritate feci, ac* ideo *calumniam p ruipendo: nec* Germanis *uicio dari poterit, quòd tam latas amiserint, seu potius reliquerint prouincias, quum pro cœlo inclementi, aruisq; sterilibus tam felices adepti sunt regiones, ueluti* Gallias, Hyspanias, *imò* Italiam *ipsam, ut interim de* Africa, *ac quicquid in* Asia *à populo illo actum est, sileatur.* Hoc *plane constat, si* Germanis *ob res magnifice gestas pares euenissent scriptores, q̀ nullis gentibus factis clarissimis posteriores fuiße legerentur. Cæterũ, quid tua parturiat generositas, auide expectamus, quum illã nil nisi delicias parere sciamus.* Nos *Ptolo mæi librũ primum,*

tam Græce, quàm Latine breui dabimus, inde & reliquos adiunctis tabulis, si diuina concesserit bonitas, cum plerisq; alijs ad Geographiæ cognitionem, non minus necessarijs, quàm iucundis. tua interim bene ualeat claritudo, et nos (ut facit) amare non desinat.

Nurembergæ Kalendis Iulij. Anno salutis M. D. XXX.

GERMANIAE EX VARIIS SCRIptoribus perbreuis quædam explicatio.

ADmodum difficile est, ueteris Germaniæ statum ac conditionem explicare, nō solū ob priscorū scriptorū incuriā, sed quia sero tandem tota peragrata ac cognita est. etenim cū ueteres Germani bellis potius, quàm literis operam impenderint, nil mirū, si res præclare ab eis gestæ interciderint, aut minus fideliter ab exteris relatæ sint scriptoribus. Quid enim Græci præter fabulas de Germania scripserunt? Romani uero, quoniam ubiq; ferè propriæ studuerunt gloriæ, nō tam gesta sua maximis extulerunt laudibus, quàm incommoda à Germanis accepta callide texerunt. Quis enim eorum clades à Carbone, seu L. Caßio, aut Scauro Aurelio, uel Seruilio Cœpione, siue M. Manlio acceptas exacte recenset, quas tamen breuißime Tacitus refert, & Cæsar Caßium Consulem occisum, exercitū uero eius pulsum esse nequaquam dißimulat. Quin & nulla, preterquam Paterculi nuper inuenta extat historia, quæ Quintilij Vari cum legionibus internitionē explicat. Vnde non ab re suspicari licet tam Plinij de bellis Germanicis libros, quàm Cornelij ac aliorum scripta ab inuidis esse suppressa, ne Germanorū gloria plus æquo excelleret. accedit quòd Romani & Græci scriptores ut

res ulplurimum ob ignorantiam locorum aberrarunt, non solum ij, qui nunquam ad Germaniam accesserunt, sed & qui res in illa gesserunt. Cuius rei uel præcipuũ documentum esse potest, quòd Cæsar flumen Scalde in Mosam influere scribit, ac Strabo Lupiam et Visurgim ad Amasium in unum deferri refert. accedit quòd et nomina gentium, locorum ac ciuitatum, ubiq; ferè, ob pronunciationis difficultatem, deprauata sunt & inuersa. Demum uero uniuersalis Germanorum transmigratio omnia confudit ac ita perturbauit, ut in quibusdam potius coniecturam sequi necesse sit, quàm quòd aliquid certi asseri poßit: nihilominus tamen operam dabimus, ut breuißime, etsi non omnia, at quædam saltem loca tanquam è cæcis eruamus tenebris, nil in hac re doctioribus præiudicantes, sed libenter, ubi melius quàm nos senserint, herbam porrigentes. Proinde licet scriptores plerunq; Germaniam à Gallia, per Rhenum fluuium diuidi asserant, constat tamen Romanos eam quoq; prouinciam, quæ ultra Rhenum est, primã ac secundam adpellasse Germaniã: quod profecto minime fecissent, si Germanis quicquid ultra Rhenum est, auferre uoluissent, qui pridẽ, ac ante Romanorũ aduentũ in Galliã transierant, illamq; incolebant. Vnde & lingua & legibus à Gallis, ut Cæsar refert, differebãt. Ab ea igitur Germaniæ parte initiũ faciemus, quæ ultra Danubiũ sita, & à Romanis olim subacta est, indeq; ad Rhenum ac inferiorem

riorem accedemus Germaniam. demumq́; ad Germaniam transgrediemur magnam. Verum sub initiũ hoc scire refert, Romanos Rhetiam, Vindeliciam & Noricũ ab Agugusti tempore usq; ad Odoacris irruptionẽ, hoc est, per annos circiter quingentos possedisse. qui cũ Italiam occupasset, oẽs fere Romani noĩs incolas in Italiam reduxit, ne irruẽtibus Germanis cederẽt in prædam.

RHETIA.

Rhetiæ igitur nomine cõtinebatur olim, quicquid terrarum inter Rheni fontes, nec non montem Adulam, et Aenum fluuium iuxta alpes continetur. præterea inter Danubium & Italiam, Veronam usq; & Comum, ita ut & alpes, qui nũc Curienses & Athesini uocantur, Tridentim, Tyrolenses quoq;, & Oeni Vallis incolæ, omnes sub Rhetorum nomine comprehenderentur, excepta Vindelicia, quæ propriũ est sortita nomen. hanc Rhetiã licet iam multi ac uarij inhabitent populi, maxime uero Alpestres ac Sueui, illaq́; pluribus et uarijs ornata sit ciuitatibus, paucißmeq́; tamen Romanæ antiquitatis restant uestigia, licet aliqua supersint. & primum

Iuxta Rhenum & non longe ab illius fontibus.

Curia	Cur. certum.
Bregetium.	Bregnitz. certum.
Sublauio	Brixen.

Abusiacum	Fuessen certum.
Matreio	Matran. certum.
Campodunum	Kempten. certum.

Iuxta Danubium uero.

Targetium	Stulingen
Bracodurum	Pfulendorff.
Drauina	Ehingen.
Viana	Zweysenhorn.
Pheniana	Laubing

In mediterraneis.

Drusomagus	Memmingen.
Rostronemaniæ	Mundelhaym.
Tarodunum	Riedling.
Aræ Flauiæ	Nordling, uel potius heydenheym.
Rinsiana	Giengen.
Alcimoens	Zwerd. con. Vel Eystauia, aut Albus burgus.

Et hæc omnia coniecturaliter.

VINDELICIA.

Vindelicia adhæret Rhetiæ, uel potius illi inclusa est. terminatur autem ab ortu flumine Aeno, à meridie Alpibus, ab occasu Lico fluuio, à Septentrionibus Danubio. hanc tum potißimũ incolunt Bauari, tũ inferiores, tũ superiores. Iuxta Licũ uero Sueuorũ pars. Strabo Lica-

bo Licatios, seu Clautenatios et Vēnones ītr Videlicos fortissimos esse dicit. Ciuitates aūt antiquæ in illa sunt.

Augusta Vindelicorū	Augspurg. certum.
Damasia	Dießen. certū. iuxta lacū Anbre.
Ambra	Amper. apud lacum & fluuiū eiusdem nominis. certum.
Parthanum	Partenkirch. certum.
Inutrium	Mittemwald. certum.
Cambodunum	Kemmat. certū.
Pontes Scaphonij	Scheffelern, nunc monasteriū super fluuio Isara. certum.
Carrodunum	Kreynburg. iuxta Wasserburg.
Vallatum	Feilenbach, certū. (certum.
Fruxinum	Freysing. certum.
Isnisca	Isen, iuxta Frisingam.
Mocenia	Motzing. certum.
Pisonium	Wischelburg. certū. inter Straubingam & Deckendorff.
Medullum	Melding apud Muldorff. certū.
Atilia	Altenburg. certum. non longe à Neuburgo iuxta Danubium.
Cæsarea	Reschnig. certum. non longe ab Ingolstadio.
Sumuntorio	Hohenwarth, monasteriū. certū.
Abud acū Danubianū	Abach certum.
Aurisium	Rot. certum.

Abusina	Abensperg . certum.
Epona	Epenburg . certum. supra nouam ciuitatem.
Artobriga iã Veltẽburg.	Monasteriũ supra Ratisponã. certißimũ ex magnis ædificiorum ruinis.
Abudiacum	Happing. iuxta Rosenheym.
Tigurina metropolis Norici, uel Augusta Tyberij, seu Regino.	Regensburg. certum.
Regium	Rocking. nõ lõge à Ratispona.
Vetera castra	Pfetteren.
Augusta Acilia	Sraubing, nempe ciuitas antiqua, quæ & hodie Azelburg uocatur. certum.
Quintianis uel Quintianorum colonia.	Kũtzing iuxta Filßhouẽ. certißi.
Bocodurũ, uel Bocodurum, uel Bolodurum, uel Batabis, Ptolomæo Poedicũ.	Passau. certiß. propter confluentiã Aeni in Danubiũ.

NORICVM.

Noricũ incipit ab Aeno fluuio, protenditurq; ad ortũ Panoniã usq; superiorẽ. à meridie autem terminatur monte Caruanca, & alpibus Noricis, ad Italiam usq;. à Septentrionibus aũt Danubio: nunc uero inhabitãt occasum uersus Bauari. Ad ortum aũt est prouincia, quæ

Ens ex

Ens ex fluuij Anaßi nomine uocatur, et Austriæ pars. ad meridiē autem Styria. In Alpibus uero habitant Carnici, partimq; Croati, gēs Sclauonica, comprehēditurq; Norici nomine Comitatus Goriœnsis & Ziliensis, regionesq; adiacentes.

CIVITATES IN Norico.

Pontes Oeni	Oeting. certum.
Bidaio	Laufen coniectu.
Bedacum	Burckhausen. coniectu.
Iuuauium	Saltzburg. certum.
Teurnia uel Berunū.	Pernau. certum. apud lacum Kemsee.
Aredata	Lintz. coniectu.
Gamanodurum	Braunau. coniect.
Ouilabis	Lambach. monasteriū iam sup flumen Ens. certum.
Lauriacum	Lorch. monasterium iuxta ciuitatem Ens. certum.
Gessodunum	Ips.
Claudionum	Melck. certum.
Ceno	Zeysselmaur.
Auguntum	Neuenstat, uel prope: quia nomen repugnat.

Vacoriū, uel ut aliq putant, Sacarbantia Gretz. con.

Pedicum

Pedicum	Pruck, super flumen Mura. con.
Virunnum	Iudenburg con.
Zelia	Cili. certum.
Iulium Carnicum	Villach. certum.

PANNONIA SVperior.

Pannonia terminatur ab occasu Norico: ab ortu uero Pannonia inferiori. à meridie parte Istriæ ac Illyridis. à Septemtrionibus autem Danubio. nunc uero illā inhabitant Austriæ populi, ac Styri, nec non Sclauorū gentes Croati & Carni.

In ea sunt ciuitates.

Iuliobona uel Vindobona, seu Vindomana, aut Fauianis.	Vienna. certum.
Sabaria, colonia diui Claudij.	Stain am anger. cer.
Carnus	Presburg. con.
Muriola	Mureck con.
Bregetium	Rab. certū propter confluentiā Rabonis uel Arabonis in Danubium.
Carnunto	Peternell. coniect.
Petouium siue Patauium	Petau. certissimum.
Nouidurum	Laybach. coniect.
Et sub Norico Pānoniæ, Emona	Clemona. certum.

Pannonia

PANNONIA INferior

Habitatur iam ab Hungaris, Sclauis, Syalis, Iazigibus, Hunis, Cunis, Septem castrensibus Germanis, & plerisq; alijs nationibus. Hungari tamen prædominantur.

Ciuitates eius.

Vimundria	Agran coniect.
Salinum	Ofen coniect.
Teutoburgium	Senna Erdet. certũ. propter confluentiam Dari in Danubiũ.
Milatis	Vilack. certum.
Sirmium	Simach. certum.
Taururum	Alba Græca certum propter confluentiam Danubij & Saui.
Hermonactus	Kilia coniect.
Zeugma	Clausenburg. coniect.

Zarmis Gethusa, domus uenatiõis Zarmidis regis: nũc corona apud Septem castra.

Reliqua propter uariarum gentiũ incursiones coniectore indigent.

Nũc uero transcenso Rheno ad Heluetios perueniamus, licet Heluetiorum deserta in Cisrhenana ponantur regione.

HELVETII.

Heluetiorum nomine continebatur, quicquid nunc

Suitenses

Suitenses & confœderati poßident, Rauracos usq; & Basileam.

Ciuitates horum.

Lacus Brigantinus, in quem Rhenus influit, nūc lacus Constantiæ est, hunc Ceretos & Vindelicos Strabo attingere refert.

Arbor felix	Arben. certum.
Gammodurum	Constantia. con.
Vitodurum	Winterduer. cer.
Turegū, uel pagus Tigurinus.	Zurich. certum.
Auanticum	Bibelspurg. cer.
Solaturum	Solotoren. cer.
Vindonissa, uel Vindonis.	Windisch, apd' monasteriū Kūgsfelden, in quo est sepultura comitū de Habspurg. cer.

Et uersus Sequanos et Heduos, nunc Burgundiam & Lotharingiam.

Visontium	Bisantz. certum.
Tollium	Doll. cer.
Nasium	Nanse. cer.

Post Heluetios habitabant Raurici, quorum caput Augusta Rauricorum. Augst, pagus nunc supra Basileam miliare unum. certū.

Basilea, creuit hæc ex ruinis Augustæ. Basel. certū.

Strabo deinde Mediomatrices ponit: post quas Tribochi eam tenebant terram, quæ nunc Alsatia dicitur, ad Sequa-

ad Sequanos usq;, & Hunorum tergum. Siquidem dũ Huni rerum potirentur, quicquid ad ortum possidebant, Osterreich nominabant, quicquid autem ad occidentem Westerreich. his Strabo Triusgros adiacere refert, apud quos tum temporis Romani Imperatores põtem supra Rhenum ædificabant.

Monte Brisiaco, uel Breucomagus.	Breysach. certũ.
Argentoratum	Straßburg. certum.
Tabernæ	Zabern.

Non desunt qui Argentoariam Colmar, Elcebum uero Schletstat esse putant, sed falluntur: nam supra Rheni ripam Argentoaria & Elcebus erant.

Sequuntur Vangiones nunc Spirenses, quamuis usus obtinuit, ut Vangiones Wormatienses, Nemeti uero Spirenses dicantur, sed præpostere.

Berbetomagus	Speyr. coniect.

Ptolomæus uero Argentoratum Vangionibus attribuit.

Hærebant his Nemeti, quorum fines ad Treuiros usq; extendebantur.

Ciuitates eius

Rufiniana	Wurms.
Neomagus	Oppenheym, uel Spira potius.

Quamuis non desint, qui Rufinianam Speyr, Neomagum uero Wurms esse putant, Bauconiam autem

autem Oppenheym.

His iuncti erant Treuiri occidentem uersus, quorum olim fines latißimi erant: nam à Rheno ad Mediomatrices usq; extendebantur, pariter & ad Menapios & Mosam, ita ut quicquid hodie à Moguntiaco per Treuirensis episcopi ditionem & Mosellæ montes, seu Obrinci tractum, ad Arduennam, & ultra, necnon quicquid per prouinciam nunc Westerreich & Lucelburgium continetur, id omne Treuirensis erat ditionis.

Ciuitates uero iuxta Rhenum sunt.

Mocontiacum — Mentz. certum.

Bingium uel Vingio. hic Naus fluuius in Rhenum exit. — Pingen. certum.

Legio Traiana — Drechshusen, quasi Traiani domus.

Vosauia, aliàs Fidelia — Ober Wesel. ibi cæsa & sepulta est Mamea mater Alexandri Imp. certum.

Bodobriga — Poparten. cer.

Confluentes — Coblentz. ibi Rigodolum est oppidum Ammiano: quamuis etiam non longe à Treuirorum Augusta pagus sit, qui hodie quoq; Rigol appellatur.

Et hic erat limes Germaniæ superioris, quem Obrincus fluuius dirimebat. inde Germania sequebatur inferior.

In me

In mediterraneis autem ciuitates

Augusta Treuirorum. Trier, certum.
Nouomagũ superius. Nymag. pagus circa Berkastel.
Pontes Sarni Sarpruckh. certũ.

Et uersus Med iomatrices.

Duro cortorum. Arencort. iuxta portum S. Nicolai.
Matricorũ, siue Dinodurũ. Diedenhouen, in ripa Mosellæ à Francis Theodonis uilla uocata, regia Caroli Magni. certum.

Cæterũ nõ parua est disceptatio, quis sit fluuius Obrincus, quem Ptolomæus supra Moguntiacum statuit. Quidam enim illum Naum, qui iuxta Bingium in Rhenũ defluit, esse putant. Alij etiã Rhenũ transgreßi Mœnũ esse censent. sed procul dubio Mosella est, licet Ptolomæus in eius situ (forsitan ex aliorũ relatione) deceptus uideri potest. Equidẽ si Naus esset, sequeretur, quòd Mosella penitus à Ptolomæo fuisset obmissa, quòd planè incredibile est, q; fluuius adeo insignis fuisset neglectus, & longe minor, Naus nempe, recensitus, qui & ipse non supra sed infra Moguntiacũ labitur. Mœnum uero per Obrincum designari, planè ineptum uideri potest, quòd in descriptione superioris & inferioris Germaniæ, transcenso Rheno, Mœnus describi & quasi humeris ultra Rhenum transportari deberet.

Ripuarij dicti sunt, qui in Treueris ad Mosellæ habitarunt ripam, nec non inter Mosellã Rhenũ ac Mosam

à Francis Ripuaria uocata est Neustria & Austrasia.

A confluentibus uero Vbiorum incipiebat ditio, quorum fines ob fidem egregiam, mirum in modum à Romanis fuere auctæ. traduxit hos Agrippa ad ripam ulteriorẽ, sed nõ inuitos, ut Strabo ait. Horũ urbes erant.

Autunaco uel Autiniacũ, sed forsitan potius in Treueris, quàm Vbijs est ponendum.	Andernach. certum. ibi cõditum est corpus Valentiniani Imperatoris.
Rigomagus. hic Arar Rhenum influit.	Reinmegen. certum.
Bonna.	Bon. certum. ex cuius opposito Genosia est, ubi Drusus, teste Floro, Rhenum ponte coniunxit.
Agrippinensis Colonia, Vbiorum caput.	Colonia. certum.
Nouesium. Tacitus in Legnis quemadmodũ & Geldubã esse scribit.	Neusz. certum.

Et in mediterraneis.

Marcodurum.	Duren. certum.
Duromagus.	Durmegen. certum.
Iuliacum.	Iulich. certum.
Coriouallũ. ad Menapios pertinebat potius, quàm Vbios.	Ach. uel prope. certum.

Lugodu-

Lugodunum Seuenburg.

Gelduba nunc diruta, pagus adhuc uocatur Gelb iuxta arcem Linem Episcopi Coloniensis.

Vbijs uersus occidentem hærebant Menapij, quorũ fines olim latißimi erant, ad Castellum enim protendebantur oppidũ, eratq; sub ditione eorũ tractus ille, qui iuxta montes sunt, quos nunc Eysliam adpellamus, ac quicquid inde est usq; ad Morinorum terminos, necnõ Comitatus Namurciæ, Ducatus Lymburgensis & Falkenburg, ac trans flumen Mosam pars Hannoniæ ad Picardiam usq; & Eburones. habitarunt enim utramq; Mosæ ripam authore Cæsare & Tacito. Paludes uero Menapiorum, quorum et Strabo meminit, inter Eysliam & Limburgensem sunt ducatum, regio hodie Alta palus uocata, hominibus ferè inaccessa, & uix structis quibusdam semitis permeabiles. sunt & circa Geldriæ cõfinia Menapiorũ paludes, in ea regiõe, quæ hodie uocatur, die Vogtey uon Geldern, iuxta Venlo et Kẽpen. Strabo hos nouißimos ad utrãq; flumĩs ripã esse dicit.

Menapijs adhærebant Morini, quorum portus Gessoriacum nunc Cales.

Castellum Keßel. iuxta Mosam oppidum dirutum.

Vaganum oppidum non procul à Castello. Zwagenheym.

Tongeren ciuitas.

Namuracum.	Namur.
Leodium.	Lutich.
Atuacum uel Atuacutum	Masdricht. certum.
Samobrina	Cameracum. certum uel potius S. Quintinus.
Taruana	Terwan. certum.
Tornacum	Tornach. certum.
Gessoriacum nauale.	Gent certum
Lugodunum	Worcken. uel mons S. Gertrudis.
Icius portus. uel Gessoriacũ.	Cales. certum.

Deinde Batauorum sequebatur regio. obtinebant autem Batavi quicquid à sectione Rheni inter Mosam & Rheni comprehendebatur ostia. Cæterum hoc prætereundum non est, quòd licet Ptolomæus tria Rheni ponat hostia, Tacitus tamen nisi duorũ mentionem facit: unum ubi Mosæ commiscetur, & Vahalis Vocatur. Alterum uero qua Germaniam præuehitur, donec Oceano misceatur. Strabo quoq; duo hostia Rheni ab Asinio tradi refert, eosq; accusandos, qui plura dicunt. idemq; Pomponius Mela sentire uidetur. nostro autem æuo tria Rheni ostia esse scimus, quorum tertium Insula uocatur. Vtrum igitur tertium illud Taciti tempore haud fuerit, sed posteriore eruperit tempore, indagatione nequaquam indignũ uidetur. Duæ nanq; iam insulæ inter Rheni sunt hostia, Batauorum & Canenefatum, quorum

rum altera Velania dicta est. retinet & tertium hostium insulæ nomen. estq; regio ea pars Geldriæ, & diocœsis Traiectensis, nuncq; Insula superior appellatur. comprehenditur et magna pars Holandiæ sub Batauia, necnon ea terræ portio, quæ patrum nostrorum ætate ab Oceano est submersa. Tacitus Batauos uirtute inter Germanos fuisse præcipuos refert, & Chattorum olim populum, ob seditionem in eas sedes transgressos. Proinde licet Batauia hoc tempore multis ornata sit ciuitatibus, paucis tñ antiqua remanent nõia, ex quibus sunt.

Traiectum quod inferius adpellatur, nunc	Vtricht. certum.
Portus Manarmanis uel Naualia	Campen. certum.
Vetera	Santen. certum.
Tiberiacum, non longe à Santen	Berick. quamuis aliqui putent Tiberiacũ inter Coloniã & Iuliacũ esse sitũ, et forsitã esse Bergheym.
Baganum, quod retinet nomen antiquum.	Bagenheym. ibi habitabant Arenatij.
Neomagus	Neumegen.
Colonia Traiana	Keysers werd.
Calkiaci	Calcar. Tacitus.

Tametsi ciuitates istæ supra insulam Batauorũ sunt sitæ, & ad Belgas pertinebant.

Inde per miliaria duo distabat Batauodurum, nunc penitus excisum, extat tamen arx nomine Battemberg.

Dorderacum præterea & Briel hodie portus admodum famosi sunt.

Post Batauos & ultra Rhenũ Busactori parui, quos quidam Bructeros esse uolunt, à Ptolomæo ponuntur, tenebãt ij eam Germaniæ terram, quæ iuxta Rhenũ est, et uersus Boreã tendit, hodie Phrisiæ pars est. Horum iam urbes sunt.

Dauantria	Deuenter.
Suollis	Suol.

Inter Busactores et Phrisios Vidrus fluit fluuius, ac in mare exit Phrisium, hodie nigra adpellatur unda, estq; nauigabilis.

Supra hos iuxta Rhenũ habitabãt Sycãbri, à quibus Franci ortũ sumpsere, quod quidẽ multis argumẽtis ostẽdi potest: nugẽtur Gallici scriptores quicqd uelint, de Troiana gẽtis origine, et ciuitate illa magna Sycambria adpellata, meris mendacijs cõstructa, oĩa enim illa fabulosa existũt. Horũ pars sub Octauiano Cæsare in citeriorẽ Rheni translata est ripã, qui uero remanserũt posteriori tempore Franci sunt dicti, & eam occuparunt terram, quæ hodie adpellatur Franconĩa, seu Francia orientalis, unde et per Franckfordiam, hoc est Francorum Traiectum, Galliam inuaserũt, quam & hodie tenent. Horum ciuitas erat Asciburgiũ, nunc Aspuech

locus

loc9 ruinis tectus, terra uero illa Mōtēsis nūc ditiōis est.

Post hos Sueui habitabant Longobardi, hodie pars Marchiæ comitatus, & Montensis ducatus terra illa fuisse uidetur. per horum & Sycambrorum terram tria labuntur flumina, quæ omnia in Rhenum exonerant, Luppia die Lipp, quæ apud Wesaliam cum Rheno cō mūscetur, extatq; hodie castellū super illius ripā à Romanis fundatū Lupia nōie, ac Terlipp uocatur. Secūdus amnis Rura, hoc est, die Roer adpellatur, in Cattorum mōtibus ortum sumens, ac in Rhenum iuxta Roerhort influens, Adranus ut coniecturare licet à Tacito uocatus. Tertius fluuius Angra, hoc est, der Hanger, et apud Hangerhort Rheno admiscetur.

Postea Tengeri degebant & Ingriones, inter Rhenū & montes, ubi hodie pars Hassiæ cum Rheno coniungitur, dicta der Hochrug, ditiones comitum de Nassau Konigstein &c. Wederauia, & sylua occidentalis, hoc est der Westerwald, Franckfordiā usq;. per horū fines insignis labitur fluuius, qui magnam Hassiæ partē interluit, Lona nomine, ac iuxta oppidum Lonstein in Rhenum exit: quidam Luppiam esse uoluerunt, sed falluntur, nam Luppia hodie nomen suum retinet, ac longissimo spacio infra Lonam in Rhenum labitur, & ideo dubiū est, num Lona Romanis scriptoribus cognita fuerit. Tacitus Tengeris equestris disciplinæ laudem tribuit, quemadmodum Cattis pedestris.

Poſtea erant Intuergi, ubi hodie eſt ditio Palatini, Heydelberg, & Perckſtras. His iuncti erant Vargiones, ubi nunc Franconia, quæ orientalis uocatur, eſſe putatur, cum Diœcſi Wirtzburgenſi.

Sequebantur Charitini, nunc Ducatus Wirtenbergenſis, cum adiacente ſibi Sueuiæ parte.

Sub his erāt Veſpi, hodie Marchionatus eſt Badenſis, cum prouincia, quam Priſgaudiam uocant.

Inde Heluetiorum erant deſerta, nunc ſylua nigra, cum regionibus ſibi annexis.

Iuxta Oceanum uero ſupra Buſactores Phriſij colebant, tam occidentales quàm orientales, gens hodie lōgiſsime protenſa, non ſolum enim uſq; ad Amaſium protenditur fluuium, ut Ptolomæus refert, ſed ad Albim uſq; pertingit: in horum finibus Amaſius uel Hamaſia, q die Ems, in Oceanum exit. Horū hodie urbes ſunt.

Leberden.

Groningen ciuitas inſignis.

Embden.

Phabiranum. Premen. con. uel Tecelia.

Supra hos colebant Cauchi, qui adpellabantur parui, uſq; ad flumen Viſurgim. Deinde ad Albim uſq; Cauchi habitabant maiores, nunc Saxoniæ pars ac Ducatus Lunnenburgenſis eſſe cenſetur, nec nō Epiſcopatus Bremenſis & Hildeſheymenſis. Tacitus hos ad Chatos uſq; deducit, ac inter Germanos nobiliſsimos uocat, et

ſingulari

ſingulari iuſticia excellere ſcribit.

Deinde ad collũ Cymbricæ Cherſoneſus Saxones, quemadmodum & nunc, habitabant.

Ciuitates eorum hodie ſunt.

Treua	Heymburg. coniect.
Lirimeris	Lubeck. ciuitas inſignis, uel Mulheym. coniect. quia Lubec nouiter eſt condita.
Leuphona	Mollen, uel Hanofer. coniect.

Sequitur Cherſoneſus Cymbrica, quæ hodie eſt ducatus Holſatiæ et Schleſuicenſis, habet nunc epiſcopatũ Schleſuicenſem, Ripenſem, Viborgenſem, & Archuſienſem. Ciuitates uero quàm plures, ueluti Haderſzleuen, Flenſporg, Schleſzwick &c. Plinius Cymbris mediterraneos quoq; adiungit Cymbros.

Poſt Saxones à Chaluſo amne, qui hodie Drauenna eſſe cenſetur, ad flumen Sueuum, nunc, die Spre, habitabant Pharodini, horum ciuitates erant.

Laciburgium	Sund. con. ſunt q Roſtock putẽt:
Aliſus	Neu Brandenburg. con.
Zwiſmer	
Mollen	

Roſtock. Ciuitates nouæ à Sorabis Sclauis cõditæ. nũc terra illa Saxoniæ, et ducatꝰ Megaloburgẽſis pars eſt. Hunc totum tractum maritimum, ad Viſtulam uſq; cũ magna parte prouinciarum mediterraneorum, olim

Sclauini, Sorabes, ac Viltzi occuparunt, cum quibus & Carolus magnus, ac Daniæ postea reges multa gesserunt bella. ab ijs maior pars ciuitatum, quæ nunc florent, est condita, supersunt adhuc reliquiæ illorum, magna gens, & planè misera, ac contempta, ab omnibusq; oppressa.

Sueuus uero fluuius iuxta ciuitatem Sundensem in mare exonerat Germanicum, quæ Marionis altera censetur.

Deinde erant Sideni ad Viadum seu Gutadum usq; fluuium, qui hodie est Odera, amnis insignis. & qui nō minorem suscipit fluuium Neussam nomine, ac iuxta Caminum ciuitatem episcopalem in mare exit Germanicū, hodie pars est ducatus Megaloburgensis, ac Stetinensis. Ciuitates uero ibi sunt

Limosaleum	Lebus.
Iouincium	Bernau.
Virunum	Angermund. coniect.

Stetin ciuitas.

Gripsswaldia, nunc ciuitates insignes.

Sub his Rutichij incolebant ad Vistulā usq; hodie, die Weyxel.

Ciuitates horum sunt

Rugium	Camin. certum. propter exonerationem Viadi.
Sturgun	Graudnitz. coniectura.

Kolberg

Kolperg.
Stolpe.
Louenburg.

Vltra uero Viadũ, hodie ducatus est, Pomeraniæ, & ditio antiquorum ducum Saxoniæ, qui adpellantur de Louenburg. Et iuxta exonerationem Vistulæ in mare Dantistum, hodie Emporium celebratum.

Internarum autem gentium maximam esse Sueuorũ Angillorum Ptolomæus scribit, hi fuere qui posteriori bus temporibus insulã Britanniam, nunc ab illis Angli am dictam occuparunt, erant hi magis orientales Sueuis Longobardis, qui postea in Italia consederunt. hos Tacitus paucos, sed nobiles & bellicosos esse scribit.

Iuxta erant Sueui Semnones, ubi nunc est Marchia, Brandenburgensis dicta, & ad Albim usq; protendebantur, ac ultra illum etiam habitabant, usq; ad Sueuũ fluuiũ. hi postea omnes populariter demigrarunt, ita ut nec uestigium ullum Sueuorum ibi remanserit.

Post hos gens erat Burguntorũ. Plinius Burgundi ones uocat, qui et ipsi emigrantes in Gallia consederũt. Vnde & ab eorum nomine Burgundia adpellatur.

Cæterum inter Cauchos paruos atq; Sueuos incolebant Busactores maiores, & sub his Chemæ, & deinde Angriuarij, quorũ reliquiæ hodie quoq; supersunt. Episcopusq; Coloniensis se ducem Angriuariorum adpellat

pellat. nunc Osthpali & Besthpali ibi degunt, & Monasterienses, necnon Badenbornensis & Bremensis est episcopatus. Vltra Visurgim uero episcopatus Hildesheymensis, & comitatus Rauesburgensis, ubi posteriori tempore habitarunt Nortmanni, qui Galliam uehementer afflixerunt, & id ex uetusto Germanico authore disci potest, qui se ex ea gente originem habere gloriatur, quicquid de his somnient scriptores Gallici, & eos à Dania uenisse autument, Angriuarios & Chamannos à tergo Dulgibinis & Casuarijs claudi Tacitus scribit, à fronte autē Phrisijs excipi. Per Westphaliam Amisus fluit amnis insignis, ac in mare Phrisium iuxta Emdem labitur. In hoc Drusus Bructeros nauali uicit prælio, Strabo Hamasiam adpellat.

Ciuitates uero eorum sunt

Mediolanum	Monasterium. coniect.
Teuderium	Padeboren. coniect.
Siatuanda	Osenbruck. coniect.

Et ultra Visurgim ducatus Brunsuicensis.
Hildesheymensis ciuitas.

Tulisurgium	Brunsuick. coniect.

Postea erant Lacobardi, sub quibus Dulingi, ubi nūc est Marchia antiqua, & episcopatus Meydeburgensis. Ciuitates uero sunt

Mesouium	Meydburg, uel Melden.

Halberstadiensis episcopatus.

Inter

Inter Saxones & Sueuos Teutonari & Virunni erant. Horum ciuitates nunc

Treua	Hauelburg.con.ciuitas & episcopatus.
VVelsenach.	

Postea Teutones & Anarpi. Quorum ciuitates nunc sunt.

Berlin & Brandenburgensis ciuitas.

Inter Rutichios autem & Burguntos habitabant Elueones. Horum ciuitates nunc sunt

Scurgum	Graudnitz. coniect.
Ascaricadis	Toren.con.

Sub Semnonibus habitabant Ilinge. nunc pars est Lausniciæ.

Sub Burguntis autem Luti Omani, et Luti Diduni. ubi nunc est Stargardia in Pomerania.

Sub Ilingis ex utraq; parte Albis degebant Calucones. ubi nunc est Hertzperg, & pars Mißniæ circa Cerbst.

Cherusci inter Albim fluuiū habitabant, & Visurgim, dirimebanturq; ab Angriuarijs, ut Tacitus scribit, lato aggere, quem illi extulerāt, quo à Cheruscis dirimerentur. & quum Drusus Germanicus Cheruscos adgressus fuisset, Arminius cum illis trans Visurgim instructa acie stetit. is enim Romanos & Cheruscos interfluebat. Vnde planè constat, Cheruscos eam inhabitasse

tasse terrã, quæ hodie Saxoniæ pars est, cum Duringia uniuersa. Saltum uero Teutoburgensem, in quo Varus cũ Romanis legionibus cæsus est, haud procul ab Amisia, teste Tacito, abfuisse constat. Drusi uero Trophea, Ptolomæus quasi ad ortum Visurgis ponere uidetur. Id si uerũ est circa Fuldense fuerunt monasterium. nam et Strabo refert Drusum, quũ inter Salã fluuiũ & Rhenum belligeraret, oppetijsse.

Moguntiæ. Drusi Trophæa.

Camanni autem eam tenebant terram, quæ nunc est Misnia, usq; ad Melibochum montem.

Versus ortum autem Albis habitabant Benochemæ, circa Cotowitz & Dresen.

Supra hos erant Batini, ubi nunc est ducatus Sagensis.

Et adhuc super hos habitabant Corconti sub monte Asciburgio, ibi hodie Gerlitz est, & Pautzen, cum reliquis ciuitatibus, usq; ad Poloniam.

Luti Buri uero usq; ad Vistulã protendebantur. hodie Schlesia est, ubi & Bratislauiensis ciuitas, quæ Budorgis censetur, & Poloniæ pars, usq; ad fluuium Vistulam.

Inde Sidones erant, ubi nunc ducatus Oppolensis. Postea Cogni, ubi hodie ducatus est Teschensis..

Demum uero Visburgij supra syluam Hercyniam, nunc pars est Morauiæ circa ciuitatem Olmicensem.

Rursus supra Sueuos, Ptolomæus Casuarios, Nertereanos,

tereanos, & Danduros ponit, ibi forsitan, ubi hodie ditio Comitum de Hennenberg est, & regiones quæ uocantur Puchen, & Ron, cũ ciuitatibus Smalcaldia, Koberga, Egra, & reliquis.

Sub his autem Turones & Martungis colebant, forsitan, ubi hodie ea regio est, quæ uocatur Palatinatus superior, circa Ambergam, usq; ad syluã Bohemorũ. Verum hic nil certi affirmamus.

Iterum sub Camanis Cathæ, siue ut Tacitus adpellat Cati, Cheruscis ad occasum contigui fuere ac propinqui. nam ut Tacitus scribit, quum Drusus ex improuiso Chattos inuasisset, Cheruscis in animo fuisse ut Chattos iuuarent: sed à Cecinna prohibitos esse. quapropter absq; dubio patet Chattos uicinos fuisse Cheruscis, & eam habitasse prouinciã, quæ hodie est Hastia: nam, ut Cornelius inquit, apud illos colles rarescere incipiunt, nec terra adeo palustris est, quẽadmodũ in Germania inferiori. hi succedente tempore Cheruscos subegerunt, indeq; cum Hermunduris ob Salis flumen contendentes, penitus cæsi fuerunt, quum uictores diuersam aciẽ Marti & Mercurio sacrassent, & forsitan ob illas Salis fontes pugnatum est, qui hodie apud Hallenses in Misnia cernuntur.

Horũ ciuitas erat Stereontiũ Cassel. coniecturaliter.

Pheugarum, Marpurg. con. Tacitus refert Matiũ caput genti fuisse, quam & summis laudibus attollit.

Supra

Supra Catthos habitabant Tubanti. hodie ea regio Eßfeld censetur, & Syluahartz.

Inde ad Sudetos montes erant Theurochemæ, iam Foytlandia esse putatur.

At sub montibus erant Varisci, ubi nunc ciuitas est Babenbergensis, & montana, quæ Babenbergensia uocantur, cũ oppidis Holfeld, Kulmbach, Peyrreut, Hof.

Cæterum nec hoc prætereundum in hac regione mõtem esse Piniferum dictum, ex quo quatuor insignia & nauigabilia oriuntur flumina, quæ ad quatuor mundi tendunt plagas. Aegra enim ad ortum fluit, & in Bohemia cum Albi miscætur. At Nabus uersus Austrum fluẽs, in Danubium tandem exit. Sala autem ad Septentriones labens, & ipsa ab Albi excipitur. Mœnus uero uersus occasum in Rhenum exonerat.

Sub Martungis erant Curiones, inde Chetuari & Parmecampi, ubi hodie Austriæ pars est Cis Danubianæ, iuxta Krems, Znaem, & Niclaspurg.

Inde habitabant Marcomannij. hodie regio illa Morauia est, quæ se ad Sudinos extendebat, & Danubium usq;, ubi hodie ciuitas est Prespurgium. geßit hæc gens maxima bella cum Romanis, præcipue Antoninorum tempore.

Ciuitates nunc habet insignes Olmicensem, Eburum fortaßis & Brunensem.

Sub sylua autem Hercynia Quadi erant, ubi nunc sunt

ſunt oppida Kam, Kalmuntz, Grafenau, uſq; ad Lunam ſyluam, apud quos ut olim, hodie quoq; ferri per ducat munera.

Sub ſylua uero Luna, ſeu potius inter ſyluam Lunā, gens magna erat Bemorum, qui & Boiohæmi uocabātur, ac undiq; claudebantur ſyluis, eam regionem Morabudus obtinebat, Romanis olim bellis clarus. ſub quo tum, ut Tacitus refert, Sueuicæ etiā gentes, Semnones & Longabardi, nec nō Marcomanni erant, ad quos ab Arminio pugna deuictus conceßit. Verum Sclauinorū poſtea gens, cum multitudine ſua totam ferè inundaret Europam, eam inuaſit terram, ac expulſis ueteribus colonis uniuerſam occupauit, & licet illi hodie quoq; Bohemi uocentur, nequaq̄ tamen Germanica ſed Sclauionica utuntur lingua, quæ et ueterem illorum redarguit originem. nunc in regni formam eſt redacta, ac multis urbibus inſignita, diues frumenti, pecoris, piſciū ac minerarum, admodumq́; populoſa, necnon potentißimis Baronibus magnaq́; nobilitate decorata, huius regionis ciuitates eſſe cenſetur, Coridorgis et Mediolaniū, forſitan nunc Praga & Pilſa. Hi hodie ad Danubiū ferè extenduntur, ac ideo Teracatrias & Racatas quoq; occuparunt.

Proinde plures alias Germanicas gentes Tacitus ponit, inter quas et Marſos recenſet. Scribit enim quū Druſus Germanicus Marſos adoriretur, quas & ma-

C gna

gna clade affecit, quòd exciuerit Bructeros, Tubantes & Visipetes, ut saltus, per quos exercitui regressus patebat insiderent. unde liquet has gentes omnes uicinas, & haud longe à Rheno abfuisse, licet Ptolomæus Tubantes etiam supra Chattos statuat.

Porrò Marsorũ reliquiæ adhuc in Germania permanent. nam Saxonũ insulæ, ubi Albis in mare exonerat, hodie à Diet Marsis, hoc est, populosis Marsis habitantur, & à Marsorum nomine adpellantur.

Bructeri à Ptolomæo haud noiantur, nisi quis Busactores paruos pro Bructeris accipere uelit. hos Drusus pugna nauali in fluuio Amisio deuicit: in horũ terrã immigrarũt Chamani & Angriuarij, pulsis Bructeris.

Præterea & Mattiacos Tacitus recenset, qui et ipsi à tributis, quemadmodum & Bataui exempti erant, ac solum ad usum reseruati bellorum.

Vsipios & Tencheros, Chattis ꝓximos esse scribit Tacitus. Vsipiorum uero Ptolemæus nec meminit.

Hermunduros non refert Ptolomæus, sed Tacitus Albim quoq; in Hermunduris oriri scribit. id si uerum est, pars erunt Bohemiæ.

Iuxta Hermunduros Narisci à Tacito ponuntur, à tergo uero Marcomannorũ & Quadorum Marsigni Gotthini, siue Gutones, qui & Gotthi.

Ariorum, Heluecoonarum, ac reliqua prisca Germanorum nomina nũc penitus exoleuerunt. Peucinos autem &

tem & Bastarnos, Plinius Dacis conterminos esse dicit. Supersunt & hodie in Trāsyluania, quæ Sibenburgensis appellatur, Germanorum reliquiæ. utrum uero postea illac migrarint, aut semper ibi habitarint, nil certi quod affirmem habeo.

Sane Rugorū terra et hodie nomē retinet, pluresq; principes de titulo Rugorum contendunt, uelut Marchiones Brandēburgenses, Megalburgenses, & Pomeraniæ duces. Superest & insula Rugorum, ex opposito fluuij Sueui, ubi in mare exit. hi posterioribus temporibus magnum nomen sortiti sunt.

Suionum deinde ciuitates Tacitus ponit, quos classe etiam ualere scribit, forsitan hodie Sueti sunt & Dani, post quos mare est glaciale, id Tacitus pigrum uocat. Siquidem & Plinius refert immensas insulas non pridem à Germania comptas, quæ procuidubio Suetia, Dania & Noruegia sunt, quæ longißimo terrarum tractu ab ortu in occasum excurrunt, ita ut ab Ißlandia, quæ gradus septem in longitudine habere creditur, usq; ad gradus sexaginta tres protendatur. In latitudine uero a gradibus quinquagintaquinq; usus ad gradus septuaginta duos sint cognitæ, cum insulis adiacentibus, ueluti Ißlandia, siue glaciali, Finlandia, Vermenlandia, Gronlandia, usq; ad homines syluestres, qui ob mores feroces Wildlappmanni uocantur. Vltimus uero limes Christi cruce signatus est, quē nemo absq; regis licentia transcendere

scendere potest, & cum comitatu magno, & is limes cõtinet in latitudine gradus septuaginta circiter. Inde non lõge erecta est arx, quæ uocatur Warthaus, uel domus præsidij. Veniunt tamen quotidie à Septentrionibus, terraq; incognita, ac à mari glaciali homines quidam barbari, Caroli uocati, mercimoniorũ gratia in Grõlandiã, cum magno exercitu, & ut pro comperto habetur, ex altera parte poli Septentrionalis, hoc planè cõstat, Sueciam continentem, & non undiq; mari circumfluam esse. Noruegiæ ciuitas principalis & emporium hodie est Bergen, quæ habet in longitudine gradus. 24. 16. in latitudine uero gradus. 61. 15. Suetiæ autem ciuitas præcipua est Stockholma, quæ continet in longitudine gradus. 42. 38. in latitudine gradus. 60. 30. at Daniæ caput regni est Copenhagia. longitudine gradus. 35. 24. latitudine. 56. 30. obtinens.

Inter insulas uero Daniæ Gotlandia hodie quoq; nomen retinet, suntq; in illa ciuitates, ecclesia Pharensis, & ciuitas Vespu.

Superest & insula Schandia uel Scania, quæ hodie quoq; Schonlandia uocatur, cum alijs insulis q̃ plurimis ad regnum Daniæ pertinentibus.

Deinde Essluorum gentes, in dextro Sueuici maris littore habitare Tacitus scribit. hos Prutennos esse liquet. quia apud illos nunc, ut olim succinũ colligitur.

Inde Sitonũ sequuntur gentes, & hunc finem Sueuiæ esse

uiæ esse

uiæ esse Tacitus refert, forsitan hodie Eyslãdia est. Põponius Mela Hermiones ultimos Germaniæ esse dicit.

Cæterum Ptolomæus ultra Vistulam Sarmatiam auspicatur Europeam, quam eo quoq; tempore, quemadmodum & nunc multæ Germanorum habitabant gentes, ueluti Gythones, Alani, Rugi, Scyri, Vandali, & cunctæ aliæ Gothorum nationes. post quorum transmigrationem, Sclauini, ut dictum est, ingressi sunt, & terras illas occuparunt, aut etiam alios expulerunt. gens multitudine sua numerosissima, & quæ hodie præter Poloniam, totam Russiam cum Moscouia, usq; ad mare glaciale & Tanaim, ac ultra illum etiam multa possidet. Cæterum sinus Venedicus cum magna parte mediterraneæ regionis, quæ hodie Pruscia est, nec non Liuonia uniuersa, quæ olim fuit Gotia orientalis, usq; ad Naruam fluuium, qui in sinum exit Venedicum, hodie militiæ Teutonicæ sanctissimæ uirginis Mariæ paret. Suntq; ibi ecclesiæ cathedrales quàm plurimæ, ueluti Sambiensis, Rigensis, Hapselensis, & ultima Reualiensis. Ciuitates uero Elbing, Armel castrum, Mariæ Borgus, Mons Regalis, Riga ciuitas, Pornau, Hapsel ciuitas, & demum ciuitas Renalia, quæ habet in poli altitudine gradus. 62. In mare autem exeunt post Vistulã Chronus hodie Passaria, deinde Pregora uel Cherchin, postea Armele fluuius magnus, die Memel, uocatur & Niemen Slauonice, per Muscouiam fluens, ac in mare

Prutenicũ tribus hoſtijs exonerans. quidã huc Chronũ eſſe putant. Inde Hillige fluuius, Rubonis fortaßis. Poler deinde, Turnutus forſan poſtea fluuius ingens, qui Duna, et Zuina ac Binda uocatur, ex Maſcouia or. ẽs, apud Rigã in mare erũpit: forſitan Cherſinus eſt. Inde iuxta Reualiã Anna fluuius exit. demũ aũt Narua fluuius magnus, & ipſe ex Maſcouia fluens, ac in Oceanũ Sarmaticũ iuxta Flauenã exonerat, Liuoniamq; à Moſcouia diſterminat. hoſtia fluuij huius in eleuatione polari gradus habent. 64. uel circiter. In mediterraneis aũt & haud lõge inde ciuitas magna eſt, Nouogardia dicta, quæ graduũ eſſe fertur. 66. nõ multũ à mari glaciali. Eſt hoc tẽpore Moſcouia, cũ terra illa uniuerſa magno duci Moſcouiæ ſubiecta, cuius ditio quũ uerſus occidentẽ à mari Baltheo incipiat, per quingenta miliaria alemanica, & magna quidem orientem uerſus ſe extendit, quemadmodũ Moſcouiæ pro certo affirmant, ita ut longe Tanaim, nec non Volgã, hoc eſt Rha fluuiũ ſuperet, et per Aſiaticã Scytiã excurrat. Ioannes enim præſentis Ducis Baſilij pater, multa ſuo adiecit imperio, ueluti terrã quæ Permeska nominatur, necnon Correlam, ac ultimam Iuhram, ex qua olim egreßi ſunt Hũgari, qui in Pannonia ſedes fixerunt: quod non ſolum ex cõmuni patriæ liquet nomine, ſed ꝙ et lingua eadẽ utuntur, qua Hungari, licet incomptiori. Sunt uero prædictæ gentes, nõ ſolũ Barbaræ, ſed et ferinæ ac beluinæ, pane

næ,pane carēt,et solū ex uenatione ferarū et piſciū ui-
uūt:& quia nihil aliud poßident,tributi nomine nil ni
ſi animaliū pelles,et piſciū dentes magnos Moſcobiæ
duci ſoluūt, ex quibus cultellorū fiūt manubria, præ-
cipueq; apud Turcas in precio habentur. ſed & Tar-
tari Koſanenſes, qui iuxta caſtrū Koſam, quod ſupra
flumine Volha ſitū eſt,unde & nomen ſortiti ſunt,Mo
ſcobitæ ſubſunt imperio, ac illius iuſſu bella capeſſunt.
Moſcobiæ uero ad ortum Tartari adiacent Sauolhen-
ſes,necnō Tartari Nohaienſes,Sabolenſes,q ſe cæteris
præſtare putant,ad mare ſe extendūt Caſpiū. at Noha
ienſes admodū ſunt Septētrionales,& quotidie Moſco
uiā ſuis infeſtant incurſionibus.à Septētrionibus uero
Moſcouia Oceano terminatur glaciali.à meridie aūt ua
ſtißimis cāpis,necnō Lithuania et Ruſcia,à qua noſtris
tēporibus Ioānes dux Nouogardienſem ducatū cū ciui
tate eiuſdē noīs maxīa,necnō Mozaiſenſem ducatū ab-
ſtulit. Præſens uero dux Baſilius Ploskouienſem, &
Smolēſem ducatus,cū pluribus alijs Lithuanis et Rute
nis ademit. Vtūtur Moſcobitæ ac Ruteni līgua Sclauo
nica,ritūq; obſeruāt Græcū:reliqs uero gētibus, qbus
Moſcobitæ et Lithuani impant, ſingulis ꝓprius eſt ſer
mo.Ciuitas,ī qua dux ipſe ut plurimū degit Moſcouia,
quēadmodū et regio ipſa appellatur , fluitq; p eā noīs
eiuſdē fluuiꝰ uaſtus. Vrbs eſt ingēs,ſed tota ferè lignea,
præter caſtrū et palatiū Ducis,q̄ ex lapidibꝰ ſunt cōſtru

 cta,

cta distatq; à ciuitate Smolẽsi, quæ in Rußia est posita, centũ miliaria Germanica. Smolensis uero ciuitas a Vilna ciuitate ingenti Rutenorũ abest miliaria centũ uiginti. At Vilna à Cracouia regia ciuitate Poloniæ per miliaria centũ, ita ut à Cracouia, usq; ad Moscouiam trecentũ & uiginti sunt miliaria Germanica magna. à Nurenberga aũt Cracouiã, miliaria sunt centũ, et aliquid plus. Sunt aũt gentes illæ incomptæ, & admodũ barbaræ, extremæ præterea seruituti subiectæ, ita ut oĩa, quemadmodum inter Turcas dominorũ ꝓpria esse censeantur. Princepsq; Moscouiæ cũctarũ rerũ proprietatẽ habeat: usumfructũ uero subditis utendũ relinquat, non diutius tamen, q̃ sibi placet. Moscouitarũ terra pars est Sarmatiæ Europeæ, ubi Ptolomæus Hyperboreos et Basilicos ponit Sarmatas, nec non Modocas, à quibus forsitan Mosci sunt deriuati: præterea Hyppophagi Sarmatæ ibi degebant, necnon Zacatæ, Suardæni, & Asei, & iuxta Borealem Tanaidis inflectionẽ Perierbidi, gens magna. Iuxta Australem uero Taxamatæ, ultra Tanaim uero, quo se longißime Moscobia extendit, Sarmatia incipit Asiatica, & deinde Scithia est iuxta Rha fluuium. ubi à Ptolemæo Phthirophagi et Materi, cũ alijs q̃ plurimis ponũtur gentibus. deinde erat terra incognita, ubi hodie Permeska Correlia, & Iuhra uel Vngaria prisca fuit, quæ cũcta Moscobitæ sunt subiecta. In Moscouia oritur fluuius Edel, id est, Rha, uel Volga: necnõ

Tanais

Tanais, ex terra plana ac palustri, cũ multis alijs, ueluti Zuina, Moska, Ocha, Mimula &c.

Lithuania Moscouiæ uersus Boream est coniuncta, ad occasum uero, ubi regio est Samagithia, Liuoniæ et Prußiæ adnectitur. ab ortu autem fluuijs terminatur Oskol, Iugra, & Donyetz: qui omnes in Tanaim exonerant. at meridiẽ uersus Poloniæ & Rusciæ adiacet. hæc gens superioribus annis admodũ obscura & Rutenis subdita fuit. Verũ quũ succedenti tempore duces nacta esset bellicosos, ita præualuit, ut totã Rußiã suo subijceret impio, quin et Liuoniã, Prusciã, et Poloniã aßiduis infestauit incursionibus, adeo ut nisi milites Cruciferi, cũ aliorũ Christianorũ principũ subsidio, illis obuiã iuissent, tam de Polonia, q̃ de Pruscia actũ fuisset. Nec tamen ita reprimi potuit, ut non maximas clades Christianis inferret, pariter & acciperet, durauitq; bellũ infestißimũ multis annis, donec tandem deficiente regia stirpe Polonica, Iagellus magnus Lithuaniæ princeps, fidem Christi una cũ regno Poloniæ, et relicta Ludouici regis filia Heguide accepit. ac post susceptũ baptismũ, Vladislaus est uocatus. Contigere hæc sub annũ salutis. 1386. Ab eo tẽpore Lituania, Samagitia, et Polonia in stirpe illa pmansit. Subsunt aũt magni ducis Lithuaniæ imperio gentes multæ, & principes quàm plurimi, tam Lithuani quàm Rutenni. Ciuitas principalis Vilna est admodũ magna, ad fluuiũ eiusdẽ nominis

 condita

condita. Oritur in Lithuania fluuius Boristhenes, qui deinde per Rußiam fluens, in mare exit Ponticū. Lingua gentis quadripartita est, paulatim tamen lingua subintrauit Polonica, nec non Germanica, sequitur Lithuania & Samagithia ritum ecclesiæ Romanæ. Ptolomæus, Galindos, Bodmos, Sudinos, Seuinos, Amaxobios & Cariones ibi posuisse uidetur.

Rußia siue Roxolania, & ipsa in Sarmatia posita est Europea, ea duplex est, Alba & Rubea, seu inferior: à solis ortu flumine terminatur Tanaide & paludibus Meotidis, à Septentrionibus autem Moscouiæ & Lithuaniæ adiacet, à meridie uero Valachia, Moldauia & Carpato monte disterminatur. ad occasum autem Poloniam & Masouiam contingit, eam regionem olim inhabitarunt Maßagetæ, qui & Alani & Hamoxobij ac per totū latus Meotidis Iaziges, & Roxalani, necnō Chuni. ad occasum uersus Peucini & Bastarnæ, Amadoci & Nauari, Tyrangitæ, Sauromatæ, & Gythones, cum alijs nationibus Gothicis, si quidem ex his regionibus emigrarunt Gotthi, Alani, Scyri, Gepidæ, Heruli, Taiphali, Carpi, & reliquæ cunctæ gentes Gothicæ, quemadmodum ex certißimis historijs ostendi potest, nam Alani & Roxolani in uastißimis campis ad Tanaim usq; habitarunt, qui hoc tempore ob Tartarorum incursionibus penitus sunt desolati & inculti. Ad fluuium uero Deneper, qui est Boristhenes & Denester

ster, qui & Tiras Gothi residebant. Vnde digreßi in duos diuisi sunt populos, nam qui ad solis ortũ sunt progreßi, ac Thauricam Chersonesum cũ multis alijs occuparũt locis, Ostragotthi hoc est Oriẽtales Gotthi sunt dicti. Qui uero occidentẽ uersus perexerrunt, Visogotthi id est occidentales Gotthi sunt appellati, in horum locum Sclauini succeßerunt, quemadmodũ patet ex lingua. Cæterum hoc tempore Rußia, magno Duci Lithuaniæ, et prĩcipibus, qui sub ipso sunt, est subdita præter ea, quæ Moscouitæ abraserunt. Sanè & si regio illa pecoris, frumenti & mellis sit fertilißima, precipue ea, quæ Podolia nuncupatur, per Tartaros tamen ac Turcas admodũ est uastata. Tartari enim Precopenses, qui et Vlani, ex Thaurica Chersoneso quotidie illa inuadũt & spoliant. Turcæ uero postquam nostra ætate Bialogrod siue nigrum Castrum, ubi Tiras, hoc est Denester in pontum influit, necnon Kiliam, hoc est Album castrum non longe à Danubij hostijs occuparunt, nunquam ab infestatione Russiæ cessarunt. Sed & Tartari Precopenses munitionem citra Boristhenem extruxerunt, nomine Ozarkou, ex qua Rußiam inuadunt & spoliant. Rutheni enim licet olim supra flumine præsidia quædam constituissent, per quæ Tartari transgredi prohibebantur, ea tamen propter auariciam reliquerunt. Vnde iam Tartaris liber patet aditus. habet & Rußia ciuitates quamplures insignes, quæ

magna

magna ex parte uastatæ sunt, inter quas fuit Chiouia urbs amplißima ad Boristenem fluuium sita, forsitan Olbia seu Barischenis à Ptolomæo & Strabone uocata, iam pridem à Tartaris euersa. in illa residebant Ruthenorum Metropolitanus. cui subditi fuere omnes Rußiæ, Lithuaniæ, Moldauiæ & Valachiæ Episcopi. hodie Leopolis principalis est ciuitas, deinde Halitz, ambæ iuxta fluuium Tiram sitæ, cũ plerisq; alijs, nam Smolensis necnon Plescomensis & Nouigradensis ducatus, cum ciuitatibus suis Ruthenis, ut dictum est, per Moscouitas sunt adempti. Rutheni Sclauonico loquuntur sermone, & ut plurimum Græcorum fidem sequuntur. inhabitant & Rußiam Armeni, qui magnas exercent mercaturas, nam ad Aegyptũ, Persiã & Indiam usq; penetrant, inter Turcas enim & Machumetanos libere, & ubiq; sine uectigalibus negotiantur, ita enim lege suã Machometes constituit, quoniam ab Armenis educatus & multis beneficijs affectus fuit. Cæterum quia Thauricæ Chersonesi facta est mentio sciendum est, quòd Ostrogothi illam post primam occupationem usq; in hodiernum diem inhabitant, nam licet imperatores Græci peninsulã illam aliquando possederint, Ianuensesq́; Caffam, quæ est Theodosia, occupauerint, Tamerlanusq́; decantatus Tartarus illam cœperit, à quo tempore eam Tartari Vlani, qui et Præcopenses, seu Crimuenses, ex oppidi nomine ita uocati

poßiderũt

poßiderunt ac inhabitarunt, qui & ipsi postea à Turcis fuerunt subacti et ad tributũ soluendum coacti, Ostrogotthi tamen semper montana, licet sub tributo possederunt, loquuntur autem Germanice, qua lingua omnes Gotthi, utpote Germani, sunt usi. Superfuere et ad ætatem usq; nostram duces Gotthorum nobilißimi de Mankup dicti, qui castrum Mankup semper à Tartarorum ui defenderunt, donec Machumet Turcarũ imperator Caffam expugnauit, Tartarosq; ac peninsulã suo subiecit imperio, tum & castrum Mankup cepit, ac duos duces fratres de Mankup gladio percußit, in quibus & tota Gotthorum illorum nobilitas ceßauit. Gotthi uero qui adhuc in montibus supersunt, ut plurimum uineas colunt, & inde uitam sustentant. Proinde et hoc sciendum, quòd ex omnibus nationibus Gotthicis nulla amplius in Germania superestq;, exceptis Scyris qui & nunc quoq; Stirij uel Stirenses adpellantur, & Turcilingis, qui & Turingi. Sed nec hoc ignorandum est, eam gentem, quæ hodie Turcarũ appellatur nomine, à Tartaris ortum sumpsiße, quòd non solum una & eadem lingua, ritus, uictus & uestitus, sed & equitandi ac bellandi usus, necnon fraudes, perfidia & innata barbaries ostendit & feritas. Falluntur igitur qui Turcarum gentẽ antiquißimam, aut Turcimanos esse putãt, cum parum plus sint, quàm trecentũ anni, ex quo primum Tartarorum nomen, antea penitus incognitũ sit auditum,

auditum, post quorum aduentũ Ottomannus se à Tartaris seiunxit, ac cum suis Turcarum nomen aßumpsit Tartariq; hodierna die Turcas clientes suos esse dicũt, ac deum ob peccata eorum Turcas sic extulisse conqueruntur, quum antea non solum illorum fuerint subditi, sed rustici etiam, idq; Turcarum nomine significare aßerunt. Proinde gentes Sclauonicæ non solum magnam Europæ, sed & Asiæ partem occupauere, supersuntq; hodie in montibus Iberiæ ac Albaniæ. Et uersus mare Hircanum Circaßi, gens bellicosißima, quæ longo tempore Aegypto cum Syria sub seruorum nomine imperauit. Habitant & ibi Gazarorum gentes, quæ hodie Abgazari & Abgazelli à Græcis uocantur: necnon Mengrelli, apud has gentes Tartari Sauolenses tela & alia comparant necessaria, & hi omnes ex Sclauorum gente originem sumpsere, linguaq; loquuntur Sclauonica, ac Christi fidem secundũ ritũ Græcum sequũtur: quin per totam Turchiam, præcipue apud milites, Sclauonica in usu est lingua, ita ut Constantinopolis ipsa iã non amplius prisco nõie, sed Cæsaris domus Sclauonica uocetur lingua, sed & pauloante in aula Soldani Aegypti, milites, utpote magna ex parte Circaßi, Sclauonicæ loquebantur.

Supra mare Hircanũ et meridiẽ uersus Zagathai habitabãt Tartari, nõ amplius iã in campis, sed ciuitatibus lapidibus constructis, ex quibus præcipua est Samarcan

da, quã Iaxartes maximus Sogdianæ fluuius interluit, qui & in mare Caspiũ exonerat: huius cõditor Tamerlanus fuisse dicitur, cum quibus dum Sophi rex Persarum bellum nostra gereret ætate, à Selymo Turcarum imperatore inuasus & uictus est, qui & illi quicquid in Armenia poßidebat, unà cũ Taurisio regni capite ademit. Cæterũ qui Vinulos seu Vendos, reliquamue Sclauorũ gentem Vandalorũ nomine honestare contẽdunt plane falluntur, constat enim claßicorũ scriptorũ authoritate, Vandalos ex Gotthorũ ortos esse gente, quemadmodũ et Sciros Gepidas, Alanos ac reliquos Gotthicæ natiõis pp̃los, inter quos nihil præter solã interfuit nomenculaturã, eisdẽ enim institutis, eadẽq; utebantur lingua, Germanica nempe, quẽadmodũ ut dictũ est, ex reliquijs quoq; Gotthorũ, q̃ Montana Tauricæ Chersonesi præsenti adhuc ætate obtinent, discere licet, quũ Sclauorũ, Vẽdorũ et Viltzorũ loquela penitus à Germanica sit diuersa. quin et diu anteaq̃ Sclauorũ nomẽ est auditũ, Vandali populariter cũ liberis et uxoribus è patria emigrarãt, iãq; Lusitaniæ partem tenebant, ac in Africã traijcientes, Chartaginẽ cũ uniuersa illa ꝓuincia suo subiecerãt imperio. Sed & tam Ostrogotthi quàm Visigotthi Chrĩanã tũ susceperãt fidẽ, quũ Sclaui sub initiũ oĩs religionis fuerint expertes, quorũ tanq̃ nouorũ hostiũ nomẽ, sub Mauritio prĩm auditũ est, excursionesq; eorũ à Iustiniano nõ parũ sunt repressæ, donec ĩmensa

multitu-

multitudine superantes, magnam Europæ & Germaniæ quoq; occupauerint partem, quod quidem Procopij aliorumq; pluriũ authorũ cõstat testimonio. Egreßi aũt sunt ex Scythia, quemadmodum multæ aliæ barbaræ nationes, & ut Solinus Græcus scriptor refert, ex profundo Bersiliæ, dominatiq; sunt omni peruiæ terræ, usq; ad mare Ponticum. Gazari sub initium à Græcis adpellati, quemadmodum & hodie à Saracenis uocantur, nihil igitur Vandalis ac Vendis, præter nominis tantum consonantiam quandam unquam cõmune fuit, licet Sorabi, Viltzi, Vendi, ac reliquæ Sclauorum gentes à Vandalis derelictam occupauerint terram, quemadmodum & multas alias regiones suo subiecerunt imperio, prioribus expulsis habitatoribus. si quidẽ nulla unquam gens è Scythia egressa, tam copioso numero ut Sclaui habitabilis terræ partem inundauit, nam quicquid est à mari Sarmatico & Baltheo, ad pontum usq; & Adriaticum mare, nec non à Tanaide fluuio, usq; ad umbilicum Germaniæ, cum tota Sarmatia Europea ac magna parte Asiaticæ, necnon Boëmia, Dalmatia et Illyria sua repleuerunt multitudine. Quòd si eisdem artibus, quibus regna parantur etiã conseruarentur, procul dubio oĩm gentiũ essent potentißimi. Verũ quẽdmodũ hoĩes, ciuitates, regna & nationes, sua habent initia ac incrementa, ita etiã cũ ad fatalem deueniunt periodum, rursus decrescere & peßum ire incipiunt, quo ad

tandem

tandem penitus deficiant ac euanescant. Nihil enim in hac mundana machina firmum, aut perpetuo stabile esse potest.

MONTES ET SYLVAE IN Germania ultra Rhenana.

Ex *montibus* Ptolomæus *primū ponit Sarmaticos, qui nunc* Hungariam, Poloniam, *ac* Germaniam *disterminant, uocanturq; Cremnitz & Semnitz.*

Montes uero qui supra caput Danubij *sunt, hodie pars existunt syluæ nigræ, iuxta* oppidum Villingen.

Eluetiorum heremus, *hodie superior pars est syluæ nigræ, cum sylua* Bregentina, *quæ ad alpes usq; pertingit.*

Abnobi mōtes uaria sortiūtur nomina, multosq; extendunt ramos. à sylua enim nigra, per ditionem Marchionis Badensis, & Ducis Wirtembergensis, *Nicriq; fluminis ripas excurrentes, per* Sueuiā *usq; ad fluuiū* Cocerū, *ac inde ad* Tubarim *progrediuntur, hinc* Franconiam *uersus ac* Babenbergam *tendentes, syluam saltuosam, hoc est, Steygerwald constituunt. à* Nicro *uero ad amnem* Mœnum, Ottenwald, *ac ultra illū Westerwald nominātur. De hinc ad* Chattos, *hoc est* Hassiam *pertingunt, à quo etiam* Frāconiam *diuidunt, ibiq; Speßhart appellantur, & usq; ad Westphaliam, nec*

D non

non Rheni ripas Coloniam usq; se extendunt.

Melibocus uero mons inde initium sumit, & ad ortum tendit, nunc Hartzwald, & montana sunt Misnensium, cum argentifodinis, planeq; appendix est Abnoborum montium.

Deinde Sylua est Semana, hodie sylua Turingorũ.

Sub montibus autem Subdetis Gabreta est sylua, nũc Bohemorum dicta: quoniam Bohemiam undiq; per gyrum circundat & claudit.

Asciburgij uero montis noĩe, mõtana illa cõtinẽtur, q̃ per Silesiã ad Poloniã & Cracouiã usq; se extendũt.

Sudeti montes esse censentur, qui nunc montana Babenbergensia uocantur. & ditio Marchionum Brandẽburgẽsium, ubi ciuitates sunt Holfeld, Culmbach, Peyrreut, Hoff, cum Foytlandia.

Subhis montibus prædicta Gabreta est sylua, quæ et ipsa pars est syluæ Bohemicæ.

Sed & sylua Hercynia initium inter hos & Sarmaticos sumit montes, quæ immenso protenditur tractu: nã Cæsar scribit, neminem huius Germaniæ esse, qui se audisse aut adijsse ad initium huius syluæ dicat: etiã quũ itinere quadraginta dierum processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. latitudine uero nouem dierum itinere expedito patere, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingere. Hãc olim, ut ex uarijs patet scriptoribus,

ptoribus, Germani inhabitarunt, fuitq; ibi Germania magna, sed illam postea occuparunt Poloni gens Sclauonica, eamq; hodie cum Moscouitis, & Lithuanis tenent.

Luna sylua, & ipsa pars est syluæ Bohemicæ uersus meridiem usq; ad Danubium pertingens.

In Rhetia & Vindelicia.

Adula monte, latus occidentale Rhetiæ terminatur, hodie alpes sunt iuxta Curiam & loca circumiecta.

Graiæ uero sunt alpes, Athesini, & Oeni uallis dicti, quæ Italiam uersus extenduntur. Pœnæ autem sunt iuxta principium Lyci amnis.

Ocra mons hodie alpes sunt circa Iuuanũ, hoc est Salisburgium.

In Norico.

Cecius mons in Norico est, hodie Scyrorũ siue Styrensium montana.

Caruancæ montis nomine, hodie Carnorum, Croatensium ac Gorœnsium alpes continentur.

Cæterum hoc quoq; scire refert, Germaniæ montes ac syluas, licet diuersis appellentur nominibus, ab Alpibus tamen omnes incipere, ac postea semp continuo quasi tractu hinc inde discurrere, rursusq; in seipsos

reflecti, ac magna ex parte ad montana Bohemiæ, & ſyluam illam concurrere.

Cæſar Bacenim ſyluã infinitæ magnitudine eſſe ſcribit, & inter Suevos ac Cheruſcos diſcurrere: ex quo patet, Bacenim eſſe, quam Ptolomæus Syluam Semanam, hoc eſt Duringorum ſyluam uocat. is enim eo tempore Suevos Albis fluuij accolas à Cheruſcis dirimebat.

Vltra Rhenum uero ſunt.

Iura uel Iuraſſus mons, cuius nomine Suitenſium hodie continentur alpes, uſq; ad Allobroges.

Vogeſi montana ſunt, quæ hodie per Hunorum tergum, ac Lothoringiam extenduntur.

Arduena olim latiſſime patebat, hodie Eyflia pars illius exiſtit. Strabo ait: Arduenam Morinos, Arebates, Eburones, & Menapios attingere.

Riphei autem & Hyperborei montes, de quibus priſci tam multa ſcripſere, nuſquam hodie comparent, licet tota Europea & Aſiatica Sarmatia undiq; à Germanis, Polonis, & Moſcobitis ſit peragrata ac cognita: ſed omnia ſunt plana, niſi iuxta mare glaciale, ubi colles quidam eminent admodum mediocres. Amnes uero maximi, ueluti Rha, qui et Volga, Tanais & Duna, quæ & Zuina, ex ſyluis, terra plana ac paluſtri, et

ne

nequaquam ex montibus aliquibus oriuntur.

DE FLVMINIBVS Germaniæ.

Flumina uero Germaniæ sunt quàm plurima, quæ partim in Rhenum, Danubium, Albim, & Vistulam exeunt: quædam & sine aliorum incremento in Oceanum exonerant Germanicum. Athesis uero, licet in Alpibus & Germania oriatur, in sinum tamen influit Adriaticum.

In Rhenum igitur influũt amnes insigniores, Ila nõ longe à Felthkirchio: postea Ara, Lymacia, & Rusia, flumina rapidissima, ex Eluetiorum montibus ortum sumentes.

Deinde Nicerus siue Necarus fluuius celebris, in quẽ decurrunt Cocerus & Iagesta, necnon alia quædam flumina ignobiliora. Postea Mœnus, uel ut quidam appellant Moganus in Rhenũ ex opposito Moguntiæ exit, fluuius magnus & nauigabilis. Verum priusquàm exonerat, multos alios recipit amnes: & primum Regnesum, qui & Radiantia & Tramaricus uocatur, is postquàm Pegnesum per Nurmbergam fluentem suscepit, per Babenbergensem labitur urbem, à qua haud longe miscetur Mœno. ab hoc flumine Carolus Imperator, qui magni nomen est sortitus, fossam in Almonẽ, qui in

Danubiū influit, ducere est aggressus, ac integrā æstatē exercitum in opere detinuit, ut hoc pacto à Rheno in Mœnū, ac ex illo in Regnesum, inde per fossam in Almonē, & ex eo in Danubiū, & ita à mari in mare nauigari posit. Verū ob ingruentes ut fertur tempestates, ab ope cessare est coactus: manēt tamē adhuc manifesta tanti conatus uestigia, inchoataq; fossa pluribus in locis cernitur. præcipue tamen iuxta Burgum album, nunc Weissenburgam.

Deīde Tubera in Rhenū cadit, nō parui noīs amnis.

Postea Naus, multis alijs auctus fluminibus, iuxta Bingium in Rhenum incidit.

Exinde Mosella, quæ ut superius est ostensum, Obrincus est, apud Confluentes in Rhenum exit. Verū prius Sarum fluuium magnum supra Treuirensenm suscipit urbem. qui Sarus antea Blissa & Nida quoq; augetur.

Arar quoq; ex iugis Treuiricis, hodie Eyflia exortus, multis & ipse auctus torrentibus & fluuijs, supra Rigomagum in Rhenum euoluitur.

At ex alia Rheni parte Lona amnis insignis per Hassiā fluit, & multis auctus fluuijs, iuxta oppidū Lonstein in Rhenum excurrit. Sequitur deinde fluuius Angra, deinde Rura, uel Adranus: & demū Lupia apud Wesaliam Rheno admiscetur.

Nouissime

Nouißime uero Mosa Rheno coniungitur, Rhenus uero diuiditur in Wachalim, hoc est, den Wal, & insulam, nunc Dysel uocatur, necnon in Lecū, id est, den Lech, & p hæc tria hostia maxīa exonerat in Oceanū Germanicū, totāq; inūdat Selandiā, Holādiā, et Frisiā.

Amnes uero, qui in Danubium influunt, insigniores hi sunt.

Ilera	die Iler.
Bernicus	die Wernitz.

Lycus fluuius ingens & rapidus, ac multis auctus amnibus, iuxta Lechsgmund, haud longe ab Augusta Vindelicorum, Danubium irrumpit.

Almonus fluuius, quo in tota Germania nullus piscu lentior est, iuxta Kelham exit.

Nabus uero ex monte Pinifero oriēs, ab Vilsum assumens, iuxta Ratisponā exonerat, pariter & Regnus in quo reperiuntur conchæ margaritas producentes.

At Isara fluuius rapidus et ingens, ab alpibus per totam labens Bauariam, cum multos alios accepit amnes, iuxta Filshouen Danubium influit.

Oenus uero fluuius maximus ac rapidißimus, quum per Oeni uallem et Bauariā fluit, ac per Iuuarū uel Saltzā, & multos alios auctus amnes, tandē iuxta Boëdurū, nunc Patauiū, cum tali impetu in Danubiū ruit, ut per longißimū spaciū cursum suum seruet, nec Danu-

bianis admiſceatur aquis, quemadmodum perſpicue ex undarum colore apparet.

Ilza		*Iltz.*
Trauna		*Traun.*
Eneſus		*Ems.*
Igla	Die	*Igel.*
Leyta		*Leyta.*
Marchia uł Mordua		*Marck.*
Arabon		*Rab.*

Zwag fluuius.

Grana fluuius.

Daras uel Drauus, die Trab: qui Muram uel Murū, die Mur, ſuſcipit, fluuius ingens. Inter hunc & Danubium Turcarum Imperator Ladislaum Hungariæ regem deuicit.

Tybiſcus	*Die Teyß, uaſtum flumen.*
Saus	*die Sau, amnis maximus. is iuxta Taururum, hoc eſt Albam Græcam, Danubium influit. Sequitur inde*

Moſchus.

Rhaboſus.

Ciabrius.

Alutas	*Forſitan Baralat et Seretius amnis.*
Hieraſſus	*nunc Pruth fluuius.*

In Oceanū

Oceanum exeunt post Rhenum.

Vidrus hodie Vnda nigra, in Cathorum montibus oriens.

Amasius seu Amasia, nunc die Ems. in hunc fluuiũ Strabo Visurgim & Lupiã deferri scribit, errore manifesto, cum Lupias in Rhenum, Visurgis uero longe supra Amasum in Oceanum exeat

Visurgis Wesera fluuius insignis hic Fuldam, Ederam, Weram, & Nidam amnes suscipit, per Saxoniã, & iuxta Mindensem, Werdensem, Gotingensem ac Bremensem labens ciuitates, tandem in Oceanum exonerat.

Albis die Elb, magnus Germaniæ fluuius, in montibus Boëmiæ oriens, suscipit autem Multam flumen magnum, quod Pragensem præterlabitur ciuitatem. deinde Egram, ex monte pinifero ut dictum est fluentem. postea Salam, ac Ortellam, demum ciuitatem Hamburgũ præter labens, in Oceanum Germanicum uasto euoluitur ore. Ad huius exitum Saxonũ insulæ sunt positæ, quas ut dictum est, hodie Dietmarsi inhabitant, gens indomita, & multis uictorijs contra Daniæ reges, Slesuicenses duces, & nobilitatem clara.

Chalusius fluuius Eidorus esse censetur.

Sueuus die Spre, oritur & hic amnis ex Bohemiæ montibus, ac iuxta Sundensem ciuitatem, hoc est Laciburgium in Oceanum exit.

D 5 Via

Viadus, hodie Odera, fluuius magnus, in hunc Neu sa, quæ per Slesiam & Vratislauiensem labitur ciuitatē, fluit, Tādem apud Caminum in mare erumpit

Vistula, quæ & istula, seu Iustula, aut Vandalus appellatur, fluuius ingens, & ultra quem Ptolomæus Sarmatiam Europæam auspicatur, oritur in montibus Sarmatiæ, & Cracouiam alluit, inde per Poloniam fluens, Drauuitz fluuium, quem quidam Drauennam esse uolunt, suscipit. Deinde duobus hostijs & apud Dantiscū & Elbingen in sinum Codanum exit.

Post hunc Chronus, qui Passaria esse censetur, in mare fluit.

Inde Pregora fluuius, post quem Memula amnis magnus, qui & Niemen uocatur, in Lithuania oriens, in mare erumpit Prutenicum.

Postea Hilge fluuius, deinde Poler fluuius, sequitur, hunc Duna, quæ & Zuina ac Binda, ingens fluuius, qui & ipse in Lithuania oritur, ac iuxta Rigam ciuitatem in mare erumpit. forte apud Ptolomæum est Chersinus.

Inde Anne fluuius, tandem Narua supra ciuitatem Reualiensem iuxta Flautennam in mare exonerat. Limes hic est inter Liuoniam, quæ crucigeris paret, & Moscouiam. hostia fluuij huius in eleuatione polari

polari graduum 62. esse feruntur.

IN PONTVM AVT EVXINUM FLUUNT.

Tiras, der Nester, qui iuxta castrum nigrum in mare exit.

Boristhenes, der Neper, in Lithuania ortũ sumens, & per medium ferè Rußiæ labens.

Tanais. Don. oritur in Moscouia, ex terra plana, & nequaquam ex montibus.

Rha: fluuius maximus, oritur in Moscouia, quumq́; sub initium uersus Septentriones fluat, mox ad orientem flectit, longeq́; Tanaim ambit, tandem ad meridiem conuersus, per Sarmatiam Asiaticam, & campos planißimos Tartarorum uagatur, ac per uiginti quinq; hostia maxima in mare Caspium, quod nunc mare de Bachan uocatur, exonerat, iuxta ciuitatem Derbet. Oriuntur autem in Moscouia præ cæteris tria maxima flumina, nempe Zwina, Tanais & Rha. Proinde mercatores Germani, tria maxima flumina eodem uocant nomine, nempe Danubium, uel Istrum, Dunam, quæ & Zuina, ac Tanaim et cum se de longinqua peregrinatione iactitant, tres se Danubios uidisse asserunt. Proinde in his omnibus nihil certi affirmamus, nisi ubi ueritas

se ipsam

ſeipſam manifeſte prodit. quis enim in re tam dubia, & ubi propter uariarum gentium transmigrationẽ omnia ſunt immutata, non aliquando aberraret? planè enim conſtat numeris haud confidendũ eſſe, quos Ptolomæus in his oris nequaq̃ ex obſeruatione certa, ſed ex aliorũ ſcriptis aut dictis, uel per inſtrumentum quoddam Mathematicum ſeu iuxta coniecturam aſsignauit, quod & ipſemet ingenue fatetur. Porrò in Germania inferiori nequaq̃ abſurde à fluuiorum aliquando ſitu credibilis ſumi poteſt coniectura, at in Germania ſuperiori nullus ab ſcriptoribus recenſetur fluuius (præter Danubiũ, Mœnum & Oenum, licet multi alij ſint, & inſignes) cuius adminiculo uel parũper ad ueritatẽ accedi poſſet. ubiq; igitur coniectura potius quàm ulla nitimur certitudine, ita tamen, ut nemini legem præſcribamus, ne à noſtra diſcedat opinione. nam quicunq; oſtendere poterit, ſe nobis rectius ſentire, huic non ſolum non repugnabimus, ſed etiam gratias habebimus gratiſsimas, ſi nos melius informare ualebit. ego enim ita in pleriſq; me dubium eſſe fateor, ut ignorem etiam, cui nam genti patriam meã Nurenbergam, quæ Segodunum eſſe cenſetur, aſcribere debeam. hoc tamẽ pro comperto habeo, Noricos quũ à Romanis expellerentur, ultra Danubium & in hãc regionem conceſsiſſe, quæ & hodie ab his nomen retinet, & Norica uocatur, qua continetur quicquid ab exitu fluuij

tu fluuij

tu fluuij Almonis in Danubium Nurenbergam usq; pro tenditur, ita, ut Albus burgus nunc Weysenburg in Noricis esse dicatur, sed & proculdubio Norimberga quasi mons Noricus, à Norica regione nomen accepit, Traiectusq; amnis Regnicij per miliare unum à Norimberga distans, Germanice Furt, in Norico agro reputatur, à quo deinde occasum uersus ac Septentriones Francia orientalis seu Franconia ortum auspicatur. Sita est autem Norimberga, non solum in Germaniæ, sed & totius Europæ umbilico. tantum enim distat à flumine Tanaide, quantum à Gadibus: ab Oceano quoq; Germanico, quantum & à mari mediterraneo, altitudo eius polaris graduum esse censetur. 49½. uera autem longitudo graduum 27. minut. 22. quæ quidem longe discrepat à descriptione Ptolomæi.

REGIONVM ET CIVITATVM quarundam nomina.

Olim	Nunc
Rhetia.	Sueuia transdubiana. iunctis Alpibus.
Vindelicia.	Bauaria.
Noricum.	Lant an der Ens.
Pannonia superior.	Austria.

Panno

Pannonia inferior.	Vngaria.
Marcomanni.	Merhern.
Cimbrica Chersonesus.	Ducatus Holsatiæ, & Schlesuicænsis.
Sicambria.	Montenses hodie ibi degunt.
Batavi.	Geldrenses iuxta Rhenum & Wahalim, ac etiam Holandi.
Arduenna.	hodie dicitur Ardenna

apud Namurcum, ac magna pars est diocæseos Leodicænsis, & pars ducatus Lucemburgensis ac Iuliacænsis. usq; Coloniam. uide Cæsarem.

Gallia Narbonensis.	Prouincia.
Gallia comata.	Francia.
Lutecia.	Parisium.
Remi.	Reins.
Sequani.	Burgundiones comitatus.
Hedui.	Burgundiones Ducatus.
Allobroges.	Sabaudienses, cis & ultra Lemanum lacum.
Aulertij.	Aurelianenses.
Ambiani.	Amiens.
Atrebates.	Aters. ciuitas Episcopalis nomen hodie tenet.

Bibractæ

Bibractæ.	Beurai.
Alexia.	Alſetum.
Gergouia.	Claramont.
Genebum.	Orliens.
Gebenna.	Genf.certum ex Cæſare.
Arar.	Sagona.
Turones & Veneti.	Britannia.
Lacus Lemanus.	Lacus Loſanen.certum.
Britannia inſula.	Anglia. Scotia.
Hibernia.	Hodie dicitur Hibernia inſula uerſus occidentem Britanniæ.
Dania.	Denmarckht.
Noruegia.	Nortuegen.
Suetia.	Schueden.
Gotia.	Gotlandia inſula.
Scandia.	Schonlandt.
Luſitania complectitur.	Portogalliam, regnū Murſiæ, ac partem Granatæ.
Gallatia.	Galitia.
Tarraconenſis.	Cathelania & Arragonia.
Betica.	Caſtiliæ pars magna, ac pars etiam Granatæ.

Hiſpalis

Hispalis	Sybilia.
Triballi	Bulgari.
Misia superior	Bosna.
Dalmatia hodie dicitur Dalmatia & Sclauonia, pars est Liburniæ & Histriæ.	
Illyrij	Boßinenses & Dalmatæ.
Misia inferior	Seruia & Rascia.
Getæ	Transyluam.
Datia	Valachia.
Traciæ pars maxima	Romania.
Macedonia	Albania.
Boetia cum Phocide	Ducatus.
Attica & Megarensis ora.	Setina.
Hellas cum Locride	Vlachia.
Etholia	Despotatus.
Ambratia	Larta.
Peloponesus	Morea.
Isthmus	Heximilium.
Sparta	Misistratum.
Licia	Briqua.
Ionia	Quiscum.
Aeolia	Folia.
Pontus	Trapezus.
Berithum	Barut.
Epiphania	Alepum.

Memphis

Memphis.	Cayrum.
Babylon.	Baltach.
Aphrica.	Barbaria.
Tuneta.	Tunisi prope Carthaginem.
Cumania.	Tartaria inter Rha fluuium & Tanaim.
Gedrosia.	Tarse, Guzerat, & Cambeia.
Caramania & Aria.	Turqueste & Duilcindæ regnum.
Iberia & Albania.	Colchis & Comaniæ pars.
India intra Gangen,	nunc Melibar, uel Zulmando, cõtinet Regnum de Deam, Calequut, Cochin, Coulam, necnon Narsingæ & Otisse regnum.
India extra Gangen.	Mazin, Regnum Banguelæ, Ercangui, Pego, Aua, Damasian, Ternasuri, usq; ad Chersonesum Auream.
Insulæ Fortunatæ.	Canariæ.
Insulæ Hesperidum.	Caput Virde.

INDIA coniecturaliter.

Ptolomæus.	Nunc.
Prassum promontoriũ.	Monsambic.
Rapta.	Quiloa.
Tonica.	Mombaza.

Apocopa	Melinda.
Zingis	Caput de Guarda fu.
Aromata	Zeila.
Mosylum.	Cauaquin.
Dire.	Babel Mendap: ibi sunt angustiæ rubri maris nunc strictum de Mecha.

Ab alia uero parte maris rubri.

Arabia fælix.	Leaman usq; ad Adem.
Badeo.	Gyda.
Muza.	Maha.
Ozelis.	Adem.
Syagros.	Caput fartáq;.
Armuza.	Ormus.
Alambater.	Diu.
Mongloßum.	Goa.
Simyla.	Caleaut, uel Choßim.
Comaria promontoriū.	Comaria.
Colchi.	Cael.
Aurea Chersonesus.	Malaqua.
Sinæ.	Schin.

Postea est Regnum de Cusch, & Zampa, deinde Cathaio.

Cæterum

Cæterum quia multi contendunt insulas nuper ab Hispanis inuentas, omni ætati fuisse incognitas: libuit hic adijcere, quid Aristoteles in libro de admirandis in natura auditis, de illis scripserit, quæ talia ferè sunt.

Aiunt etiam Phœnices illos, qui ultima Gadium incolunt, quum trans Herculis columnas per dies quatuor enauigassent, uento maximo Apeliote tracti, adplicuisse tandem ad loca quædam inculta prorsus ac deserta, uerum plena multa illuuie, & continuo penè conquassata motu, ea ubi cessauerit æstus, facile conspici posse: sed redeunte immergi, in quibus inuenisse eos affirmant incredibilem quandam thymorũ multitudinem, magnitudine quidem & amplitudine admirabili. Tum uero ab his parari laqueos cœpisse: quibus cum caperentur, captos autem membratim concidere, atq; eorum carnes desiccare paulatim consueuisse, at demum in uasis reconditos, deferre Charthaginem. Verum à Charthaginensibus non amoueri amplius è ciuitate, sed potius eos inter se consumere, ob eam quam ferunt huiusmodi pisces in conuiuijs dignitatem & excellentiam de se præstare. Hanc Thumorum multitudinem palam iam cernere est in insula Madera, & insulis quæ Faial seu Noua Flandria adpellantur. Proinde in eodem libello Aristoteles ita quoq; scriptum reliquit.

Trans Herculis columnas in eo mari quod Athlanti

cum dicitur, inuentam quandam insulam à Carthaginensium mercatoribus olim fuisse inquiunt, à nullis ante id temporis habitatam, præterquàm à feris, & propterea syluestrem admodum & multis refertam arboribus: alioquin fluminibus plurimis ad nauigandum aptißimis plenam, ac incredibili quadam omnium rerum nascentium ubertate profluentem, sed remotam à continenti plurium dierum nauigatione: ad quam cum nonnulli Carthaginensium mercatores forte accesßissent, captiq; eius loci fertilitate ac aëris clementia, ibi sedem fixissent: commotos ob id Carthaginenses ferunt, statim consilio publico decreuisse, morte indicta, ne quis posthac illuc nauigare auderet. & qui iam ierant iussisse statim interfici, ne ipsius insulæ fama perueniret ad alias nationes, submitterenturq; alicui fortiori imperio, ac fieret quasi oppugnaculum quoddam aduersus eorum libertatem.

Proinde compertum est ex obseruatione eclipsis, quæ fuit in mense Septembri anno salutis. 1494. Hispanam insulam, quatuor fermè horarum intersticio ab Hyspali, quæ Sibilia est distare, hoc est gradibus. 60. qualium est circulus maximus. 360. medium uero insulæ continet gradus. 20. circiter in altitudine polari. Nauigatur autem spacium illud communiter in diebus 35. altitudo uero continentis oppositi, cui Hyspani sanctæ

ctæ Marthæ nomen indidere, circiter graduum est.12. Darieni uero terra & sinus de Vraca gradus quasi tenent .7. $\frac{1}{2}$.in altitudine polari, unde longßimo tractu occidentem uersus terra est, quæ uocatur Mexico & Temistitan, à qua etiam non longe remota est insula Iucatan cum alijs nuper repertis.

FINIS.

Quaternione.C.columna.12.uersu.3.lege Boristhenis. & uersu.9. Plescouiensis.uer.ult.Crimnenses.

36